

L E Y XII.

Como se haze la Substitucion, a que llaman en latin, Compendiosa, e que fuerza ha.

Compendiosa substitucion, de que de suso fablamos, se haze desta guisa, (1) como si dixite el testador: Fago mio heredero a fulano mio hijo, (2) e quando quier que el muera, sea su heredero (3) tal omc. En tal caio como este dezi-

L E X XII.

Substituto compendiosa fit n haze verba: ralem filium meum instituo: quando cumque moriatur talis fit hares: quæ fit sic a milite, mortuo filio infra pupillarem ætatem, admittitur substitutus pupilli exclusa matre: sed post pubertatem: habebit mater tertiam bonorum patris, & omnia ejus bona aliunde provenientia: & jura sepulchrorum patris. Sed alia bona habebit substitutus. Si verò miles eamdem substitutionem extraneo hæredi fecit: ad omnia bona quando cumque decedit, admittitur substitutus. Si autem per dicta verba eam fecit pignus, admittitur substitutus, matre exclusa, infra pupillarem ætatem: postea autem repellitur in totum substitutus: sed si eam fecit per verba substituo: aut dixi: volo, quod fit talis hæres: tunc post pupillarem mortuo, habebit mater tertiam bonorum patris, & alia, de quibus supra, & substitutus alia bona. Hoc dicit.

(1) Se face desta guisa. Potest etiam fieri verbis generalibus, etsi non adjectivum verbum (quando cumque) ut si dicat, si decesserit filius meus, substituo Petrum: hæc enim indefinita æquipollent universali, L. si pluribus, ff. de lega. 2. tenet gloss. magna, in leg. in testamento, 1. C. de milit. item, si dicat, si sine liberis filius meus decesserit gloss. in cap. si pater, de testam. lib. 6. Item etiam ita fit, si filius meus decesserit intra pupillarem ætatem, vel post: vel intra vicefirmum quintum annum, L. centurio, & ibi Bart. ff. de vulg. & pupil.

(2) Mio hijo. Reddè ponit exemplum in filio: ut appareat sub compendio istam substitutionem amplecti diversa tempora pupillaris, S. atatis, & pubertatis, L. precibus, & ibi gloss. C. de impuber. & alii, & in capitulo, si pater, in verbo, absque deductione, de test. lib. 6. fit etiam à milite hæc substitutio extraneo, ut infra ead. leg. & ibi dicam.

(3) Sea su heredero. Ista sunt verba directa, ut dicit gloss. in leg. verbis civilibus, & in leg. Centurio, ff. de vulg. & pupil. vide per gloss. in leg. eam quam, in verbo directis, C. de fideicommissis, & Bart. in leg. 2. C. communia de leg.

(4) Cavallero. Idem in Doctore, vel Advocato, & Clerico, tenet Alex. qui latè hoc examinavit in leg. Centurio, 1. & 2. colum. cum sequentibus, ff. de vulg. & pupil. qui licet in hoc ibidem impugnetur Socin. tenenda videtur opinio Alexand. cum istud privilegium non detur militibus ratione simplicitatis, sed ratione exercitii militaris: quod militibus in Doctore, actu legente, & Advocato, ad vocationis officium exercente: & Clerico, qui est miles cœlestis militiae vide leg. 8. & quæ ibi dixi, titul. fin. 2. part. & de quo milite intelligatur, vide ibidem per Alex. & Bald. in leg. in testamento, in fine, C. de testam. milit. nam intelligitur de militibus causa reipublica, & quæ dixi in leg. 49. tit. 5. part. 5.

(5) Ha madre. Idem si haberet aviam, vel alios descendentes, quibus deberetur legitima, ut in leg. nam & si parentibus, ff. de inofficio, testamen. L. 6. in ordina. Tauri.

(6) Ante de catorce años. Et sic patet, quod in casu hujus leg. substitutio compendiosa facta fuit filio impuberi. Quid autem, si per verba directa, de quibus hic substituerat miles filio puberi, & etiam matre existente in medio, valeat iure dicto, & excluderet matrem etiam à legitima? Gloss. in leg. precibus, super verbo fideicommissi, C. de impuber. & alii substit. vult, quod sic, & est de men-

mos, que si es Cavallero (4) aquel que la haze por tales palabras, e el hijo a quien dan el sustituto ha madre, (5) si se muriere el moço ante de catorce años, (6) e la hija ante de doze, e fonce el sustituto heredara todos los bienes del; e la madre non aura ninguna cosa (7) ende. E si el moço, o la moça, muere despues (8) de la edad sobredicha, e fonce aura la madre (9) la tercera parte (10) de la heredad, de todos los bienes que el

te Azo. C. eodem, in summa, & opinio illius gloss. est communiter approbata, & ibi per eam, vide rationem diversitatis.

(7) Ninguna cosa. Concordat cum leg. precibus, C. de impuber. & alii substit. & L. Papinianus, S. sed neque impuber, ff. de inofficio, testam.

(8) Muere despues. Sine liberis intellige L. cum avus, ff. de conditio, & demonstratio. L. cum acutissimi, C. de fideicom. L. 10. tit. 4. ead. part. ubi vide, quæ dixi.

(9) Aura la madre. Sed an habeat, ut succedens ab intestato in bonis filii, cum onere fideicommissi restituendi reliqua bona paterna substituto: vel an habeat, ex eo quod directa militaris post pubertatem non comprehendat legitimam filii, nec alia, de quibus, hic favore matris licet ex directa militari substitutus succedat in bonis patris, privilegio militari: non satis aperit ista lex, imo, cum hic non exprimat, quod substitutus capiat reliqua bona patris de manu matris, prout exprimit in casu fin. bvi. leg. videtur isto casu voluisse, quod substitutus directo per se capiat: & ista investigatio magis est effectus ob ampliores utilitates, quas habet directa substitutio, quam fideicommissaria, ut tradit Bart. & Ang. in leg. Centurio, col. 2. ff. de vulg. & pupil. ubi etiam Alex. & latius Guilliel. Benedict. in repet. cap. Raynuvius, de testa. in verbo, si absque liberis moreretur, 2. in tractatu compendioso, vide, quæ dicam in gloss. sequenti, & in gloss. super parte, de linage de su padre.

(10) La tercera parte. Hæc erat iure iusto partituro, & de jure communi legitima filii, L. 17. tit. 1. 6. partita, & in aubent. novissima, C. de inofficio, testamen. & ex hoc videtur reprobari hic communis Doctorum opinio in leg. Centurio, ff. de vulg. & pupil. qui sequentes ibi Bart. volunt, quod substitutio compendiosa verbis directis facta à milite filio impuberi, post pubertatem valeat, ut directa militaris, & substitutus succedat in omnibus bonis patris, exclusa matre, etiam à legitima filii: licet Paul. de Cast. in dict. leg. precibus, colum. penult. concludat, nec per directam militarem post pubertatem posse legitimam tolli: nedum matri, si ipsa existat: sed neque aliis venientibus ab intestato ad successionem filii, quod etiam tenet Alexand. de jure novissimo authenticorum hodie procedere, licet non de jure antiquo digestorum, quo poterat miles filium privare legitima: quia etiam illo tempore poterat filium, etiam sine causa exheredare, L. fin. de inofficio, testamen. sed hodie, dicto jure novissimo statutum fuit, quod non possit exheredari, etiam à milite, ut est magis communis opinio, juxta gloss. in leg. adversus, & in leg. fin. C. de inofficio, testamen. tenet Bart. & Docto. in aubentica, ex causa, C. de liber. prate, unde videtur, quod hodie non possit filio militis legitima tolli ex directa militari. Socinus verò, in dict. leg. Centurio, respondens ad hoc fundamentum Alexand. tenet opinionem Bart. & aliorum, dicens, quod licet facta sit correctio in actu odio, ut non possit filius exheredari: non sequitur, quod etiam facta sit correctio, quando filius est institutus, & gravatus per substitutionem directam: & in materia correctoria stricte proceditur. Decius etiam in dict. leg. precibus, colum. penult. numero vigesimo quinto, tenet idem cum Socin. dicens, quod etiam videtur, quod alia fit ratio, ut possit miles ex directa militari filium privare legitima, quam illa quæ colligitur ex dictis Alexand. videlicet, quod hoc

el moço heredero de su padre, e todo lo al que gano de otra parte, onde quier que lo ganasse; otrofi las sepulturas que le pertenescen de linage de su padre: (11) mas todos los otros bienes (12) del finado (13) deve auer el sustituto. Mas si el Cavallero, non auiedo hijos, estableciesse en su testamento por heredero alguno que non fuesse de los que descendiesen del, (14) e fonce el sustituto que fuesse y puesto por las palabras sobredichas, (15) aura toda la heredad (16) del heredero, Partida VI.

hoc fit ex natura ipsius directæ substitutionis: quæ est, quod omnia bona, absque diminutione in substitutum transferantur, hæc enim videtur peculiaris natura directæ substitutionis, unde secundum eum opinio, quod ex hac directa filius privetur legitima, indistinctè videtur verior, etiam de jure novissimo, vide ibi per eum, & per Socinum in dict. leg. Centurio, ebar. penultim. col. 3. approbat ergo hic in ista L. partituro favore matris existentis in medio opinio Azo. in summa, C. de impuber. & alii substit. col. 3. versic. compendiosa substitutio, ut directa militaris favore matris obliquatur post pubertatem, & valeat iure fideicommissi: quam etiam tenet gloss. in dict. leg. precibus, in qua leg. satis hoc probatur, qui nulla responsio Doctorum tenentium contrarium satisfact, & sic in fideicommissaria substitutione non comprehenditur legitima filii, ut in leg. quoniam in prioribus, & in leg. ex tribus, C. de inofficio, testamen. L. 11. tit. 4. ead. partit. Adverte tamen, quod cum hoc fit favore matris, si mater non existat aliis hæredibus, filii existentibus, quibus non debetur legitima, tales hæres in totum excluduntur à bonis patris militis, ex directa militari, etiam quoad legitimam debitam filio: per rationes, de quibus supra, si tamen miles substitueret per verbum commune, veluti per verbum (substituto) tunc post pupillarem ætatem, etiam matre non existentem in medio, traheretur ad fideicommissum, ut tradit Alexand. in dict. leg. Centurio, 14. colum. versic. ex premissis. Adverte etiam, quia in casu, quo mater debet habere legitimam filii, videtur intelligi debere, si filius hæreditatem patris adivit, prout etiam habetur in dict. leg. precibus, nam si non adisset, succederet substitutus ex vulgari in compendioiosa contenta: & matrem etiam à legitima excluderet: cum per vulgarem succedat defuncto, non ei, qui facta est substitutio, inquit, de vulg. substit. in princ. & quæ notantur per gloss. & Doctorem. in leg. fin. C. de inofficio, & substit.

(11) De linage de su padre. Intelligi debet de omnibus sepulchris, tam familiaribus, quam hæreditariis, L. quia perinde, S. restituta, ff. ad Trebell. L. familiaria, & L. vel quod ff. de religio. & sumpt. fun. & C. eod. L. si sepulchrum, & sic substitutio compendiosa, de qua in isto primo casu hujus legis post pubertatem filii, favore matris, obliquatur, & valeat, ut fideicommissaria: quia si valeret, ut directa militaris: jura sepulchrorum, tam, quæ habentur à genere paterno, quam reliqua transferent in hæredem directum, ut habetur in dict. leg. vel qua, & in dict. leg. si sepulchrum, quia tamen L. ista, isto casu voluit, quod ista substitutio obliquaretur, & valeret iure fideicommissi, inde est, quod jura sepulchrorum ex parte patris, si hæreditaria, si hæreditaria, si familiaria manere debeant apud matrem succedentem filio, & non transeat in substitutum: eo quia venit iure fideicommissi, ut in dicta leg. quia perinde, quia fideicommissaria non est hæres, licet loco hæredis habeatur, idem erit dicendum in jure patronatus Ecclesiæ: ut non transeat in substitutum fideicommissarium, ut not. Bart. in dict. leg. quia perinde, & ibidem Alexand. legens dict. legem, sub leg. quamvis, S. nihil, eodem titulo, & in leg. Centurio, colum. 9. ff. de vulg. & pupil. Joan. de Imol. in leg. si patroni, in principio, ff. ad Trebellianum.

(12) Todos los otros bienes. Sed an prelegata, & donationes, quæ pater fecit filio, veniant ad substitutum, vel

quando quier que muriesse. (17) E si aquel que fizó la substitucion por las palabras sobredichas, (18) non es Cavallero, e aquel a quien dan el sustituto, es menor de catorze años, si muriere este atal, ante que sea de edad de catorze años, seyendo varon, o muger de doce, aura el sustituto la heredad, e la madre non aura ende ninguna cosa. Mas si muriere despues desta edad, e fonce el sustituto non heredara ninguna cosa (19) de los bienes de aquel en cuyo lugar fue sustituto: ante los

manebunt apud matrem, colliges ex leg. Marcellus, S. quidam, & ibi per Alexand. ff. ad Trebellianum, & ex leg. cum virum, C. de fideicommissis, & nota. hic cum dicit, todos los otros bienes, nam probatur expressè matrem non posse deducere Trebellianicam, ut etiam voluit gloss. in leg. precibus, in gloss. final. C. de impuber. & alii substit. & sic habes ex testamento militis non deduci Trebellianicam, contra opinionem Bart. & Docto. in leg. 1. S. in filii, 6. ff. ad Trebellianum, quorum sententiam Socin. & Ripa. afferunt communem in dict. S. in filii, Jaco. in leg. in testamento, 1. C. de testam. milita. & in hoc sequuta est ista L. opinio nem gloss. in dict. leg. precibus, in gloss. fin. cujus opinionem etiam asserbat esse communem Alexand. in leg. Marcellus, in princip. in 3. notabi. ff. ad Trebellianum, vide quæ dicam infra eadem leg. gloss. fin.

(13) Del finado. Ex isto verbo poteris dicere, quod fructus inventi in hæreditate tempore mortis testatoris, pertinent ad substitutum, ut in leg. Centurio, ff. de vulg. & pupillar. si verò percepti fuerunt per hæredem, & collecti post mortem testatoris, licet reperiantur non consumpti tempore mortis hæredis, non pertinent ad substitutum: quoniam non fuerunt bona defuncti, sed hæredis, cum non veniunt in restitutione, L. in fideicommissaria, in principio, & L. mulier, S. si hæres, cum S. sequenti, ff. ad Trebellianum, nec pertinent substituto ex directa militari, secundum magis communem conclusionem Docto. Angel. Paul. Alex. & aliorum in dict. leg. Centurio, contra Bart. ibi, quæ opinio satis probatur hic.

(14) Que non fuesse de los que descendien del. Prosequitur dict. Azo. C. de impuber. & alii substit. in summa, colum. 3. versic. compendiosa, cum dicit, ut ubi miles homini extraneo puberi, posteaque hæres existit, substituit directo, non habetur illa consideratio, habet, vel non habet matrem: nam nihil ad legem, vel ad testatorem de matre ejus.

(15) Por las palabras sobredichas. Ex hoc collige, & ex dictis Azo. quæ retuli in gloss. præcedenti substitutionem à milite factam extraneo per verba quando cumque decesserit, dici compendiosam: licet non sit ibi temporis diversitas pubertatis, vel impubertatis: sed aditionis, vel non aditionis hæreditatis: imò isto casu sub milite est propria species compendiosæ: ut tradit Joan. de Imol. in leg. Marcellus, S. quidam, ff. ad Trebellianum.

(16) Toda la heredad. Non tamen venient prelegata, quæ relicta sunt à milite primo hæredi, secundum Alex. contra Joan. de Imol. ibi in leg. Marcellus, S. quidam, col. 2. ff. ad Trebellianum.

(17) Quando quier que muriesse. Potest enim miles, ex privilegio etiam post aditam hæreditatem directo substitui, & pro tempore habere unum hæredem, & pro tempore alium, L. miles, & ibi gloss. & L. miles ita, in princ. & in S. exheredato, ff. de testam. milit.

(18) Por las palabras sobredichas. Id est, verbis directis, quæ posuit supra. Si verò verbis obliquis conciperet substitutionem, omni tempore substituto esset fideicommissaria, ut in leg. coheredi, S. cum filia, ff. de vulg. & pupil. Bart. in leg. Centurio, eod. titul.

(19) Non heredara ninguna cosa. Et sic pubertatem talis substitutio expirat: ita ut neque valeat, ut fideicommissaria: quia compendiosa facta à pagano per verba directa

los deue auer la Madre, si la ouiere, o fus parientes del muerto los mas propincos. Pero si este, que no es Cauallero, dixesse asi, quando fiziesse su testamento: Establezco tal mio fijo por mio

heredero, e quando quier que el muera sin fijos, (20) dexole por substituto eu su lugar a fulano ome; o, quiero que sea su heredero fulano; estonce, si el muere despues de la edad sobre-

di-

non valet ultra tempus pubertatis, neque iure fideicommissi, L. verbis civilibus, ff. de vulg. & pupil. & approbatur hic opinio Azo. C. de impub. & alii substitut. in summa, col. 3. verfic. compendiosa, quam etiam tenet gloss. in leg. in pupillar. & in dist. leg. verbis civilibus, & in leg. Centurio, ff. de vulg. & pupillar. in leg. precibus, C. de impuber. & alii substitut. & in §. qua ratione, insitut. de pupil. substitut. & gloss. in cap. si pater in verbo, absque deductione, de testa. lib. 6. & istam opinionem, ut communem tenet Alexand. in dist. leg. Centurio, colum. 16. cum sequent. & Jaso. num. 19. cui opinioni satis favet dist. cap. si pater, ubi habetur, quod compendiosa verbis directis factam ob causam, trahitur interdum ad fideicommissariam, innuens, quod regulariter non possit esse fideicommissaria, reprobat ergo hic opinio. Joan. Andr. in dist. cap. si pater, volentis, quod imo tunc trahatur ad fideicommissum: quam plerique Docto. sequuti sunt, quos refert Alexand. in dist. leg. Centurio, ubi late insitut Decius, etiam in dist. leg. precibus, colum. 6. num. 17. dicit istam opinionem Joan. Andr. majori niti aequitate: quia conservatur voluntas testatoris, qui voluit etiam facere substitutionem fideicommissariam, faciendo compendiosam: in qua etiam fideicommissaria includitur, ut probatur in dist. leg. precibus, & licet utatur verbis directis, quae non conveniunt fideicommissariae verba testatoris, debent potius impropriari: ut voluntas testatoris servetur, ut dicit Bart. in leg. in ambigua, ff. de reb. dub. & subdit, quod ista opinio Joan. Andre. maxime deberet servari in curia Delphinali, ubi ut plurimum aequitas abundat, & voluntas testatoris inspicitur, etiam coram arbitratore, vel si persona substituta effect multum dilecta testator, vel esset pia causa substituta: ut tradit Joan. Baptif. de S. Serverii, in dist. leg. precibus, quem Decius refert; limita tamen istam legem partituarum tenentem primam opinionem: nisi testator in substitutione compendiosa adiecerit verbum (sine liberis) ut si dixisset, quandomcumque sine liberis decesserit: tunc enim, estis concipiat substitutionem sub verbis directis, trahetur post pubertatem ad fideicommissum, ut infra, in ista leg. ubi dicam. Secundo limita, nisi in testamento apponatur clausula codicillaris, quae hodie communiter apponitur in testamento: nam tunc trahetur ad fideicommissum, ut notabiliter voluit Bald. in dist. leg. verbis civilibus, ubi etiam Angel. Imol. & Alex. Decius in dist. leg. precibus, col. 10. & probatur in leg. si frater tuus, C. de fideicom. & ibi Paul. de Cast. & idem vult Guliel. Bened. in repe. cap. Raynuntius, de testam. super verbo, si absque liberis moreretur 2. in tractatu compendiosa, col. 18. si testator verba aequipollentia clausulae codicillari apponat, vel favore liberorum subintelligatur, & vide per Joan. Baptif. ubi sup. & ex praedictis bene inferitur, quod si substitutio compendiosa fiat in testamento puberi a pagano per verba directa, quod erit funditus nulla, & nihil habebit substitutus, ut etiam voluit gloss. in §. extraneo, insitut. de pupil. substitut. tradit Alexand. in dist. leg. Centurio, colum. 19. verfic. & ex praedictis.

(20) Sin fijos. Iste fuit ultimus casus, quem in materia hujus compendiosa posuit Azo. ubi supra, quid autem, si istud verbum non fuerit adjectum: sed per verbum commune, puta (substituto) paganus fecisset istam substitutionem: an tunc infra tempore pubertatis valebit iure dicto, & post pubertatem iure fideicommissi? Vel an omni tempore erit fideicommissaria ista L. non apperit: quia non posuit istum casum, si substituto tantum effect facta quandomcumque decesserit, non addens, si sine liberis decesserit, & Azo. ubi supra, dicit hanc substitutionem omni tempore esse fideicommissariam: quia verbum (substi-

tuto) adaptatur ad fideicommissum, L. generaliter, §. si sine C. de insitut. & substitut. & quia talis interpretatio rem omni tempore valere suadet, L. quotiens, ff. de reb. dub. & idem voluit gloss. in leg. Centurio, ff. de vulg. & pupil. & in leg. precibus, C. de impub. & alii substitut. etiam gloss. in dist. cap. si pater, & istam dicit communem opinionem Bald. in leg. Jam hoc iure, ff. de vulg. & pupil. & in aliquibus consiliis relatis à Decio in dist. leg. precibus, ubi etiam refert alios istam opinionem tenentes, gloss. tamen in §. qua ratione, insitut. de pupillar. substitut. tenet, quod si impubes moriatur in pupillari aetate, sit directa substitutio iure pupillaris aetatis, & ita valeat, & matrem excludat: post pubertatem tamen obliquetur, & istam opinionem comprobatur, & sequitur post alios quam plures, quos refert Alex. in dist. leg. Centurio, col. 2. & sequenti, & multi alii à Decio relati in dist. leg. precibus, colum. 11. Bart. in dist. leg. Centurio, & in dist. leg. precibus, tenet primam opinionem, quando mater est in medio, & Bald. in dist. leg. precibus, colum. 2. & multi alii: ita quod Francif. de Arc. consil. 159. dicit istam esse magis communem opinionem: alii vero dicunt magis communem opinionem esse contra Bart. contra quos insurgit Decius in dist. leg. precibus, dicens, quod non facile iudicari potest, quae sit communis opinio, refertque ibi quamplures opinionem Bart. tenentes subdend, quod haec opinio Bart. habet magnam aequitatem: & per illam iusto federe distinctionis opiniones concordari possunt, & quae incertum est de communi opinione, iudex, qui habet iudicare de aequitate, deberet, si posset, componere cum matre, quod ipsa habeat solam legitimam debitam iure naturae: & non Trebellanicam, & quod talis concordia, videtur iudiciali in rebus valde dubis, Guliel. Bened. ubi supra, colum. 24. & 25. adducit asserit opinionem gloss. in dist. §. qua ratione esse communem, ibique eam late defendit, inducens aliquas absurditates, quae resisterent, si opinio contraria teneretur. Ut dixi, lex ista partituarum non decidit istum casum: sed casum quando fuit in compendiosa adjectum, si sine liberis moreretur, in quo casu etiam loquitur dist. cap. si pater, de testa. lib. 6. voluitque L. ista in hoc multum esse ponderis, ut etiam si substitutio tali casu concipiatur, etiam per verba directa, obliquetur post pubertatem iure fideicommissi: quae tamen non obliqueretur, si non addito dicto verbo (substituto compendiosa) etiam cum verbo (quandomcumque) conciperetur, ut ista L. dixit in praecedenti casu. Ergo videbatur concludendum, quod casus iste remaneat sub dispositione juris communis, & quod ista L. non decidatur: imò ista L. in finali casu posset induci contra opinionem gloss. in dist. §. qua ratione, cum velle videatur, quod verbum (substituto) quod est commune, tunc intra tempora pubertatis inducat directam substitutionem: post pubertatem vero fideicommissariam, quando fuit facta, si sine liberis moreretur, & non alias. Ego vero arbitror opinionem gloss. in dist. §. qua ratione, esse veriorum, & magis accedentem voluntati testatoris, & dispositioni iurium, & menti hujus leg. partituarum: nam etsi cum testator concipit substitutionem compendiosam sub verbo, si sine liberis moreretur, per verbum commune, vel directum: & posset dici sensisse de tempore post pubertatem, & non de tempore aetatis pupillaris, in quo non est verisimile pupillum habere liberos: nihilominus disponit intra pubertatem valere iure directo, & postea iure fideicommissi à fortiori idem videtur dicendum, quando hoc verbum non fuisse adjectum, & verba communia conveniunt, tam directae, quam obliquetae substitutioni: unde nimirum si mutatis temporibus mutetur ipsa substitutio esse mente testatoris.

dicha, (21) aura la madre del fijo, de las tres partes de los bienes la una, e las otras cosas (22) que de suso diximos; e todos los otros bienes (23) deue auer el fustituto, de mano della, quando quier que muera el moço.

L E Y XIII.

De la Substitucion a que dizen en Latin, Breuiloqua; como se deue fazer, e que fuerça ha.

Breuiloqua substitutio, en latin, tanto quier dezir, en romance, como segundo stableci-

miento de heredero, que es fecho breuemente. (1) E tal fustitucion como esta se hace (2) en esta manera. Como si algund testador ouiere dos fijos menores (3) de catorze años, a quieu estableciesse por sus herederos, diciendo assi: Fagovos misos herederos a amos a dos: e establecovos por fustitutos al vno del otro de so vno. E en la fustitucion que es fecha desta manera contienense quatro fustituciones: (4) dos vulgares, e dos pupillares. Ca, qualquier destos moços sobredichos que

non

(21) Despues de la edad sobredicha. Id est, post pupillarem aetatem: à contrario ergo vult, quod si deccat in aetate pupillarem aetatem, substitutus admittatur in omnibus bonis, excluda matre, & ceteris venientibus ab intestato ex pupillari contenta in compendiosa: reprobat ergo in hoc ista L. opinionem Azo. in summa, C. de impub. & alii substitut. circa finem, qui interpretatur talem substitutionem omni tempore fideicommissariam: quia talibus verbis non directa: sed fideicommissaria substitutio consuevit de iure, & de facto fieri. Et nisi verba directa traherentur ad fideicommissum, nullo tempore valerent magis, quam alio: quia etiam illud verbum (sine liberis) innuit, quod etiam in pupillari aetate substitueret per fideicommissum: quia tunc liberis habere non potest, & istam opinionem Azo. tenet gloss. in leg. precibus, C. eodem, & pro ista opinione Azo. & gloss. satis facit tex. in lege, credendum, §. si verò maritus, ff. qui pet. tuto. allegatus ad hoc per Baldum contra quemdam repetentem, ut refert Paul. in dist. leg. precibus ista vero lex partituarum videtur sequi dispositionem capis si pater, de testam. lib. 6. ubi idem videtur probari, & ista conclusio de qua hic in ista lege tenebatur etiam per gloss. & Bart. in dist. leg. Centurio, ff. de vulg. & pupil. & Alexand. colum. 5. & 6. Salicet, in dist. leg. precibus, & est de iure communi opinio communis, ut attestatur Guliel. Bened. in dist. reptio. capis. Raynuntius, super verbo (si absque liberis) 2. in tractatu compendiosa antepenult. fol. & etiam Alexand. in dist. col. 6. & istam etiam partem tenet Oldrad. consil. 125. ubi vide.

(22) Las otras cosas. Bona scilicet filii, & jura sepulchrorum, de quibus dixi supra.

(23) Todos los otros bienes. Ex hoc videtur, quod etiam in testamento pagani de iure isto partituarum non poterit mater, ultra legitimam filii, deducere quartam Trebellanicam, licet gravatus fuerit filius sub conditione, ut hic fuit, si sine liberis decesserit: & licet diversis temporibus legitima, & Trebellanica veniant deducenda, ut est quando filius non gravatur pure: sed sub conditione, vel ad diem incertum, quod videtur contra communem Doctorem asserionem in leg. Centurio, ff. de vulg. & pupillar. dum ponunt effectus directae substitutionis, quos non haberet substitutio fideicommissaria: unde inferitur, quod attentio isto iure partituarum, & fort. & legum Tauri: quibus permittitur libera dispositio patri in quinta bonorum, vel filio habenti ascendentes legitimos, in tertia, non sit locus illi disputationi, an filius, vel pater gravatus à filio possit deducere duas quartas, legitimam scilicet, & Trebellanicam, in quo articulo magis communis erat Canonistarum, & Legistarum opinio, ut tali casu possint duae quartae deduci ex dispositione capituli, Raynuntius de testam. tit. quod plenus tangam in leg. 1. & fin. tit. 11. infra eadem partit. & licet à filio legaretur, vel restitui iuberetur per patrem testantem quinta pars bonorum, vel à filio tertia, non posset filius, vel pater deducere Trebellanicam: quia ille, cui relinquitur, iudicatur legatarius, ut tradit Bart. in leg. si quis servum, §. fin. cum sequentib. ff. de legat. secundo gloss. in leg. mulier, §. fin. ff. ad Trebell. L E Y XIII.

Breuiloqua substitutio fit sic: talem, & talem filios meos heredes insituo, & eos invicem substituo, & tunc

si ambo sunt impuberes, continet duas pupillares, & duas vulgares substitutiones: ita quod aliquo eorum non advenit, admittitur alius pro vulgari: & si aetate, & in pupillari aetate deccat, admittitur substitutus per pupillarem substitutionem. Hoc dicit.

(1) Breuemente. L. cum in testamento, §. hac verba, ff. de heredibus insituentibus.

(2) Se face. Fit etiam reciproca verbis, de quibus in leg. si fundum, sub conditione, §. bis verbis, ff. de lega. 1. Bart. in leg. Lucius, colum. 1. ff. de vulg. & pupillar. ubi etiam vult, quod fiat etiam iuxta formam, L. Titius, ff. de heredibus insituentibus, quod autem si fiat ultimo morienti, an ex hoc inducatur reciproca substitutio, vide L. Titia, §. Seja, §. Seja, ff. de lega. 2. plene per Docto. signanter Socin. in leg. heredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebellanicam, & leg. vel singulis, ff. de vulg. & pupillar. & §. vel singulis, insitut. de pupil. substitutio. & ultra praedicta ad materiam dist. §. Seja libertis, quae est multum praedicabilis, vide Socin. consil. 113. ad finem, volum. 1. & consil. 238. per ultimum, & fin. na. colum. 2. volum. & eodem volum. ubi latissime consil. 249. colum. 4. 5. 6. & 7. & consil. 104. col. 5. & 7. 3. volum. ubi vide etiam Decium consil. 238. in primo dubio, & vid. quod not. Bart. in leg. quando 3. ff. de acq. hered. & nor. consilium Alex. 91. volum. 1. & eod. vol. consil. 105. & consil. 14. volum. 4. colum. penult. & fin.

(3) Dos fijos menores. Adde legem Jam hoc iure, ff. de vulg. & pupillar. & ponit de filiis gratia exemplum, & ostendat quatuor substitutiones, sub ista breviloqua contineri, nam etiam extraneis ita substitui potest, L. cum in testamento, §. hac verba, ff. de heredibus insituentibus, item ideo hic dixit, menores de catorze años: quia alius effect, si unus filiorum esset pubes, alter vero impubes, ut in dist. leg. Jam hoc iure, & leg. 2. & leg. quamvis, C. de impuber. & alii substitut. leg. in testamento 1. C. de testam. milit. & potest contingere ista disparitas tripliciter: nam aliquando haec substitutio fit personis disparibus ab initio, & semper, aliquando personis disparibus ab initio: sed non semper: puta, quia eis postea supervenit aequalitas; aliquando fit personis paribus ab initio, quibus postea inaequalitas contingit, quae singula prosequere, ut per Guliel. Bened. in repe. cap. Raynuntius, de testam. super verbo si absque liberis, 2. in tractatu breuiloqua, colum. 13. cum sequentibus. Et adverte, quia quando unus filiorum esset pubes, alter impubes, licet in breviloqua, seu reciproca substitutione adungeretur compendiosa: ut quia testator dixerit, quandomcumque decesserint: tamen propter uniformem determinationem talis reciproca cum compendiosa non continet pupillarem substitutionem, ut est de mente Bart. in L. Lucius, colum. 2. verfic. sed quero quando, ff. de vulg. & pupil. & tenet Ang. in consil. 151. incipit quidam. Nicholaus, & Petrus de Anch. consil. 68. incipit substitut. & ad plenum, & Socin. consil. 290. incipit, quoniam praesens consultatio, vol. 2. col. 2. ubi dicit, istam esse veram, & communem conclusionem, & adde in ista materia, quae dixit Alex. post Bart. in dist. leg. Centurio, col. 3. verfic. quid autem si testator.

(4) Quatro substitutiones. Item etiam poterit esse, quod continet octo, ut si fieret duobus filiis impuberibus mente capis, si substitutio conciperetur sub hac verba, quandomcumque decesserint, eos invicem substituo, & tunc

non quiera entrar la heredad, o si la entrare, e muriere ante que sea de catorze años, aura el otro toda la heredad.

L E Y XIII.

De la Sustitucion que es llamada en latin Fideicommissaria.

Fideicommissaria substitutio, en latin, tanto quiere dezir, en romance, como establecimiento

uineret duas vulgares, & duas pupillares. & duas exemplares. & duas fideicommissarias. Batt. in dist. leg. Lucius, col. 2. ff. de vulg. & pupil. & est communis conclusio secundum Alex. ibi, & ista substitutiones sunt expressae generaliter, licet tacite specialiter secundum Bart. in dist. leg. Lucius, & limita secundum Alex. ibi in verbo subsequenter, quare hic Bart. Quid autem, si cum reciproca non jungeretur compendiosa; est tamen clausula codicillaris in testamento, ubi tantum continetur reciproca, an virtute clausulae codicillaris substitutio reciproca comprehendat fideicommissariam? Socin. consil. 6. vol. 3. incipit, in presenti consultatione, tenet quod sic in 1. & in 2. col. quem vide distinguentem in hoc post Phillip. Corne. in leg. si frater, C. de fideicommiss. & volentem, quod in clausula codicillari dicitur, quod si non valet, vel valet iure directo, valeat iure fideicommissi. Vide ibi per cum.

L E X XIII.

Fideicommissaria substitutio fit sic: talem heredem instituo, & rogo, vel mando, seu volo, quod post tantum tempus restituat hereditatem Titio: tunc institutus restituens potest sibi quartam Trebellianicam retinere: sed si adire recuset, vel restituere, cogitur per iudicem ad instantiam substituti hoc facere. Hoc dicit.

(1) En se. Adde §. 1. & §. fin. inquit, de fideicommiss. heredi. & quod habetur, in leg. fin. C. de fideicommiss.

(2) Eshabesco. Est enim necessaria heredis institutio, ut in §. in primis inquit, de fideicommiss. heredi. & hoc quando constat voluisse testatorem facere testamentum: alias secus, ut in §. praterea, inquit, eo. hodie in regno indistincte tenet fideicommissum, & si constat testari voluisse, & nullam fecerit heredis institutionem, ut colligitur ex leg. 1. tit. 2. lib. 5. ordin. regni.

(3) Ruegole. Quaecunque verba sive deprecativa, sive praecipitiva sufficiunt, ut hic & in leg. omne verbum. C. commun. de lega. & in §. fin. inquit, de singul. reb. per fideicommiss. relit. leg. Scavola, ff. ad Trebellianum.

(4) Tanto tiempo. Intelligit si testator ita voluit, nam si juberet statim hereditatem restitui, ad implendum ita esset, ut in §. cum igitur, inquit, de fideicommiss. heredi. quid autem, si quis gravetur, de restituendo post certum tempus, veluti post mortem suam alteri: & interim sic gravatus deponatur, seu ejus bona publicentur, an fideicommissarius capiat bona usque ad mortem naturalem condemnati, & postea restituat, vel an fideicommissarius possit statim condemnatione facta petere bona iure fideicommissi? Textus est, quod interim fideicommissarius capiat in leg. status stirpis, §. Cornelio Felici, ff. de jur. fisci, & leg. ex falso, ff. ad Trebellianum, facit leg. divi fratres, ff. de jur. patro. & quod hujus leg. argum. & dist. §. Cornelio Felici, notat Bald. in leg. antiquitas, in fin. C. de usufructu. Limita tamen istam conclusionem, nisi testator prohibuerit alienationem, praecipiens, ut bona remaneant in familia, seu si constaret ipsum voluisse, quod bona etiam vivente instituto non transirent in alium: nam tunc statim admittitur fideicommissarius, & fideicommissarius liberta. Imperator. in princip. & ibi Bart. ff. de fideicommiss. liberta. & tradit latè, & notabiliter Alexand. quem vide 1. volum. consil. 23. incipit optime consideratis, item, & si gravatus restituere hereditatem post mortem suam, iniret monasterium, licet censetur mortuus fuisse, ut in leg. Deo nobis, C. de Episcopis, & Clericis, non tamen admittitur substitutus, nisi eo naturali-

to de heredero, que es puesto en fe (1) de alguno, que la herencia dexa en su mano, que la dea a otro; asi como si dixesse el facedor del testamento: Establezco (2) por mio heredero a fulano, e ruegole, (3) o quiero, o mando, que esta mi herencia, que yo le dexo, que la tenga tanto tiempo, (4) e que despues que la de, e entregue a fulano. E tal Establecimiento como este puede fazer todo ome (5) a cada vno del Pueblo, (6) solo

ter mortuo, L. cum pater, §. hereditatem, ff. de lega. 2. Bart. in dist. §. Cornelio Felici, quod intelligit, & limitat Bart. in dist. §. hereditatem, nisi intrasset monasterium minorum, qui nec in particulari, neque in communi possunt habere proprium, per Clementinum, ex vi de paradiso, de verbo. significa. & idem vult Joann. de Plat. in leg. 1. C. pen. sica. credi. praesert. ad fin. lib. 10. C. & fideicommissum, relicto simpliciter post mortem aliquorum, an intelligatur post mortem omnium, vel an admittatur substitutus, statim ad partem cuiuslibet morientis? Vide L. Lucius, §. Cajo, ff. ad Trebellianum, & leg. codicillit in princip. & ibi Bart. notabiliter, ff. delegat. 2. & leg. haeres mei, §. cum ita, ubi Bart. & Docto. ff. ad Trebellianum. & communis videtur resolutio, quod si substitutio fiat post mortem plurium, etiam in tota hereditate substitutus admittatur, post mortem cuiuslibet ad illius partem: cum haec pluralitas resolvatur in plures singularitates, L. falsa, §. fin. ff. de condition. & demonstratio. leg. 2. ad fin. ff. de condi. inquit, quae tamen conclusio limitatur, nisi adit persona, quae ex verisimili mente testatoris sit substituto praefenda: tunc enim mors omnium erit expectanda, & inter substitutos censetur substitutio reciproca facta, ex ratione, L. penult. C. de impuber. & alii substitutio, ubi Alex. & Decius col. pen. Bart. & Imol. in dist. §. cum ita, ubi Socin. fatetur hanc esse communem opinionem: & adde Curtium Juniores consil. 43. n. 9. Adverte etiam, quod fideicommissum in dubio videtur relicto ab ipso instituto, licet post ejus mortem relinquantur, L. coheredi, versio, quod si heredes, & ibi notat Bart. ff. de vulg. & pupilla. & probatur in leg. 12. supra eodem. An autem fideicommissum relicto post certum tempus, vel sub conditione, possit restitui ante diem, vel pendente conditione? Vide notabil. & magistralem text. in leg. filiusfamilias, §. Divus Severus, ff. de legat. 1. & ibi Bart. & leg. post mortem, C. de fideicommiss.

(5) Todo ome. Ita quod habet testamenti factionem activam, ut subjicit: de quibus habes in leg. 13. tit. 1. ead. part. & per gloss. in leg. si quaramus, ff. de testa. per Abb. in rubric. de testa.

(6) A cada vno del pueblo. Et etiam ipsis civitatibus, & populis, L. omnibus, ff. ad Trebellianum, & etiam Collegiis, vel Ecclesiis, caterisque piis locis, L. 1. C. de Saero. Eccles. Item & fratribus ordinis minorum, non ut bona retineant: sed ut illa vendant, ut pretium in alimenta, seu aliam necessitatem suam convertant, secundum Bart. Alex. & Docto. in leg. apud Julianum, §. fin. ff. de legat. 1. quos sequitur Abb. in cap. recoleutes, de stat. mona. ubi dicit, quod si emptorem non reperiret, teneretur illa bona dare pro Deo, vel aliter extra manus ponere, & omnino dimittere. Et adverte, quod si relinquere fideicommissum omnibus hominibus, talis civitatis, vel loci: videtur relicto non ipsi civitati, sed singulis habitatoribus civitatis L. 1. in fin. ff. de colleg. illici. & per istum textum, hoc asserit Guiliel. Benedic. in repeti. cap. Raynautius, de testamen. super verbo, si absque liberis moreretur, 2. colum. 4. sed contra hoc est textus, in leg. civibus, ff. de rebus dub. ubi habetur, quod legatum factum civibus, ipsi civitati videtur relicto: per civem namque civitatis civitas representatur, L. Lucius, §. civibus, ff. de lega. 2. & tenet Abb. in cap. requisisti, circa fin. de testa. & ut considerat Socinus in dist. leg. civibus, cum legata fiant ob meri-

Leviti. tit. 6. lib. 5. Recop.

lo que no le sea defendido (7) por algunas leyes de este nuestro libro. Pero dezimos, que el

te es rogado, (8) e establecido en esta manera, que deue dar, e entregar la herencia (9) al otro,

rita praecedentia, ut in leg. nec adjecti, ff. pro sec. & in leg. qui filius in princip. ff. de lega. 1. ideo potius censetur factum legatum civitati, in qua possunt cadere merita praecedentia: quae tamen non possunt considerari in particularibus civibus omnibus, unde in dubio, hoc est sequendum, secundum eum. Procederet ergo dict. Guiliel. quando ex conjecturis, alias constaret non civitati: sed hominibus civitatis fideicommissum fuisse relicto: quando tamen universitas, seu collegium esset reprobatum: tunc non collegio: sed civibus deberetur, L. cum senatus, ff. de reb. dub. si vero fideicommissum relinquantur canonici talis Ecclesiae: tunc non Ecclesiae, sed ipsi collegio canonico acquireretur, secundum Abb. & Cardinal. quass. 10. in dist. cap. requisisti.

(7) Defendido. Ut quia est incapax passivè juxta id, quod habetur in leg. 4. tit. 3. supra ead. part. & per gloss. in §. legari, inquit, de lega. & ex ista leg. videtur approbati opinio glossi, in leg. eam quam, super verbo cogitur, C. de fideicommiss. quae ibi approbatur per Docto. communiter, ut non valeat fideicommissum universale relicto, ab incapace instituto, quando in totum erat incapax, & si gravetur, ut statim restituit, quod etiam videtur fuisse de mente Azo. in summa. C. ad Trebellianum, colum. 1. versio, quid si institutus, licet non bene se firmet, & ejus fundamenta reassumpit gloss. in dist. leg. eam quam, ubi Baldus hoc tenet expressè in spurio à patre instituto, & idem tenet Joan. de Imola in leg. si quis solidum, ff. de heredi. inquit, & Alexand. in leg. cogi. §. si quis solidum, ff. ad Trebellianum, contra Nicol. de Neap. qui tenebat contrarium. Adverte tamen, quia cum precipuum fundamentum glossi, & Docto. tum sit, quod cum instituto non valeat, quae est initiu, & caput testamenti, ut inquit, de lega. §. ante heredis, & supra ead. part. tit. 3. in summa nihil in testamento scriptum valere debeat, L. proximi, ff. de his, qui in testam. delent. attenda illa ratione, videtur, quod attento jure regni, de quo in leg. 1. tit. 2. de los testamentos, lib. 5. ordin. regni, quod illa opinio communis non procedat: cum velit dicta L. ordinam, quod etiam deficiente heredis institutione, legata, & fideicommissa debeantur: & licet illa L. dicat, si heredo non quisere acceptat, & idem videtur velle, & si adire non poterit propter incapacitatem, vel alias, sicut videmus subintelligi in illo verbo (substitutionis vulgaris) si haeres non erit: live hoc eveniat ratione voluntatis, vel impotentiae: cum eadem sit ratio, ut tradit Bart. in leg. 3. §. fin. ff. de libe. & posthumis, ubi ponit exemplum in spurio instituto. Item etiam, quia substitutio in casu voluntatis includit casum impotentiae, L. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de liber. & posthumis, L. fin. secundum lestram Raye. & Bart. L. de institut. & substitut. & dixi in leg. 2. supra eodem, in gloss. super verbo, esso mismo, & quod dixi in spurio instituto, attenda aequitate canonica capitulo cum haberet de eo, qui dux, in matris, quam poll. per adul. quam etiam visa fuit sequi, L. 5. tit. 19. 4. partita, & ibi dixi non procederet dicta communis conclusio, eo quod sit capax respectu alimentorum, & ita tenet Alex. in dist. §. bi, qui solidum.

(8) Este que es rogado. Et si conditio fideicommissi veniat post mortem gravati, tenentur haeres gravati, vide per Bart. in leg. sed si sic, ff. de leg. 3. & Alex. consil. 22. ad finem, 3. volum. & quod si dies cedat vivente fideicommissario, qui postea decessit ante aditionem, vel coactionem? vide L. ille à quo, §. 1. ubi gloss. & Docto. ff. ad Trebellianum, & L. Sotus Saturninus, ead. titul.

(9) La herencia. Et an in restitutione talis fideicommissi veniant praelegata? vide L. Marcellus, §. quidam, & ibi Bart. & L. Lucius, §. pluribus, ff. ad Trebellianum, & tetigi supra ead. in leg. 12. & vide L. cum virum, C. de fideicommiss. ubi gloss. distinguunt, an praelegata praecedant fideicommissum, vel sequantur: quae ibi communiter approbatur, & idem

per gloss. in dist. §. quidam liberis, ubi Alexand. dicit istam esse communem opinionem. Et adverte, quod eo casu, quo alias praelegata non veniunt in restitutione fideicommissi, ut est, quando facta fuit mentio de portione hereditatis, ut in dist. §. quidam liberis, tamen quando major pars hereditatis continetur in praelegata, veniunt praelegata in fideicommissum: quia talia praelegata in effectu succedunt loco portionis hereditatis; secundum Bart. in dist. leg. quid ergo, 2. per illum text. ff. de lega. 1. & in leg. ex part. §. intestatus, ff. famul. hercis, & in dist. §. quidam liberis. Bald. in dist. leg. cum virum, col. 2. & istam dicit esse communem opinionem Decius, consil. 254. incipit, viso pundo, ubi hoc eleganter extendit, est praelegata facta firi aliquibus, ut faciant de eis ad voluntatem suam, vide ibi per eum, debita tamen à testatore haeredi, licet praelegatur, non veniunt in restitutione fideicommissi: nisi specialiter dicatur, & tunc quarta Trebellianica ad talia debita sufficit, ut in leg. Lucius, §. maritus, ff. ad Trebellianum. donationes vero, etiam, quae morte defuncti confirmata fuerunt, non veniunt in restitutione fideicommissi, L. sequens quassio, ff. de leg. 2. nisi sint testamento confirmata, vel sit specialiter dictum, quod vero datur haeredi, causa conditionis implendae, non venit in tali restitutione, L. qui heredi, §. 1. & ibi Bart. ff. de condition. & demonstrat. & quid in donatione inter vivos, quae fit filio, vide per Bald. in dist. leg. cum virum, versio, quaro, numquid in substitutione hodie: per leg. 17. in ordi. Tauri, in tertio teneret donatio facta filio in potestate, ut dixi in leg. 3. titul. 4. 5. part. unde non veniunt in restitutione fideicommissi. Item non veniunt in restitutione fideicommissi ea, quae quis iudicio defuncti, non percepit L. cum quis, & ibi Bart. ff. de dot. praet. & non veniunt, nisi ea, quae quis habet ex ultima voluntate, L. uxorem, §. testamentum, ff. de lega. 3. & per Jaso. in dist. leg. cum virum: venit tamen, quod haeres debebat defuncto, vide L. penultim. in princip. ff. ad leg. Falcid. Quod autem de eo, quod capitur ex substitutione vulgaris, pupillaris, vel exemplaris, compendiosa, vel ex jure accrescendi? Vide per Bartol. in dist. leg. Marcellus, §. quidam, ubi etiam vide per Paulum de Cast. quid si capium fit ex alio fideicommissio universalis, & adde, quod not. Bart. in leg. libero, §. finem, ff. de annu. lega. & Decius, consil. 80. incipit, vixi duobus consiliis, & Bart. in leg. ita tamen, §. qui suspensam, ff. ad Trebellianum, Bald. in leg. ex tribus, §. qui suspensam, ff. ad Trebellianum, & an veniant haeres de lata servo hereditario? Vide L. quidam ita, §. si quis, ff. ad Trebellianum, & an veniant fructus percepti, piente hereditate? Vid. per gloss. in leg. in fideicommissi, in princip. in verbo (non lucrum) ff. de usur. & per Alexand. in dist. leg. in fideicommissaria, colum. 5. ubi concluditur, quod veniant tales fructus in restitutione fideicommissi, & vide in materia regulam, quam ponit Bart. per gloss. ibi in leg. si patrem, ff. eodem, & eodem titul. L. debitor, §. fin. & an veniat dos per patrem data, vel promissa filiae? Vide L. à filia, & ibi Paul. de Cast. ff. eodem, & vide omnino, quod not. Bart. in leg. Scavola, ff. eodem, an autem veniat, quod ex pacto de re vendendo haeres habuit? Vide per Decium, consil. 238. incipit, proponitur, quod nobilis dominus, col. final. ubi consuluit, quod sic: quia facta recuperatione, dicuntur esse apud haerem ex causa prima, allegat Bart. in leg. in diem, ff. de aqua pluvia, arce. debet tamen fideicommissarius, secundum eum solvere pretium, quod dedit haeres: quia videtur rem emisse de suis pecuniis, prout in dubio praesumitur, ut not. Bart. per illum text. in leg. 2. C. pro socio, & an, quae reperitur in hereditate gravati praesumantur fuisse hereditatis, quae fuit relicta per fideicommissum, tangit Socinus consil. 249. colum. final. 2. volum. incipit materia presentis consultationis, faciunt,